

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

29. Diuisio secundùm Modum, & varia Argumentationum ab enumeratione  
partium, genera

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Vide Cio. in  
part & ter-  
cio de orat.  
sect. 19. &  
si in Bruto  
214.*

*Partium e-  
numeratio  
economia  
sermona.*

dignoscendam, sed etiam vberiori stylo per-  
texendam, non mediocre conferat adiumentum. Est autem rei in singulas partes, apta que-  
dam distributio. Partes apud Ciceronem (ne  
ad Logicorum testimonia recurramus.) duo-  
bus modis intelliguntur. Sunt enim partes totius  
quod in se eadem partes complectuntur, ut  
corpus, humeros, brachia, thoracem; sunt &  
partes generis, quas genus sub se continet, alio-  
modo species, & formæ nominantur, & pru-  
denter iustitia, fortitudo, ratione virtutis. Vel  
si manus, alias partes sunt effontia, alias tunio-  
tegrantes, & accedunt magis ad decus totius,  
quam ad compositionem. Ex hac distinctio-  
ne partium in tractandis rebus cognitas, & de-  
cor, tum quod maximè est in oratione mo-  
menti, claritas affusa consurgit, ut hunc locum  
iure totius sermonis œconomiam possit ap-  
pellare. Ac quemadmodum in confuso cor-  
pore, ubi (quod aiunt) neque pes, neque caput,  
omnia secundum permixta; & monstrosa sunt: Sic  
etiam ubi nulla ab oratore instituitur concin-  
na partium distributio, fluctuare, & immensis,  
quibusdam tenuis circumfundi orationem  
necessa est. Hoc in maiori mundo, hoc etiam  
in minori. Dei conditoris sapientia solerissi-  
mè ostendit, in quibus tanta, tam varia, tam  
prudens singularium partium distributio, non  
modo ad suas eisque functiones eximiam fa-  
cilitatem, sed decus præterea, atque elegan-  
tiam impertitur.

*Divisio huius loci secundum rem, & varia gene-  
ra enumerationis.*

CAPUT XXVIII.

*Quænta est partium diuersitas, tanta quoq;  
consurgit loci varietas. Ut igitur partium,  
alias sunt essentia: quæ genera, species diffe-  
rentiaque spectant. Aliæ accedunt, quæ ad  
proprium, accidensque Logicorum referun-  
tur. Sic diuersa quoque, & in quinque partes  
ad summum distributa nascuntur argumenta,  
qua inter se, & dignitate differunt, & rubore.*

*Præstabilita entia sunt, & validiora, quæ  
essentiam spectant, quam quæ extrinseca tan-  
tum, & adscititia sunt. Elsætialis hec est partiū  
enumeratio, sumpta à partibus generis. Sed  
omne, quod honestum est, id quatuor partium erit  
ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, soler-*

ta que versatur: Aut in hominum societate  
tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum  
contractarum fide: Aut in animi excelsi, atque  
inuicti magitudine, ac robore: Aut in omni-  
um, quæ sunt, quæque dicuntur ordine, &  
modo: in quo inest modestia, & temperantia.  
Ex quo ita licet & concludere, si virtus est, aut  
prudentia est, aut iustitia, aut fortitudo, aut  
temperantia. Alia sumuntur à partibus intrinse-  
cis, & essentia rei componentibus, quales  
sunt in homine corpus, & anima rationis par-  
ticipes, ex quo recte inferas eum non esse ho-  
minem, qui sive corpore, sive anima fuerit de-  
stitutus. Et hæc quidem argumenta robustissi-  
mè conuincunt. Alia quæ appositiæ comp-  
pletebunt potestates, & accidentias minus  
quidem habent ponderis, valent tamen ad or-  
natam amplificationem, orationisque circum-  
ductam amplitudinem, tum coniuncta vim  
obtinent, quoque magis propria sunt illius  
rei, cui tribuuntur, eo difficilius eleuantur. Ad  
hoc genus pertinet, quæ habet Arnobius lib.  
3. aduersus gentes.

*Arnob. l. 3.*

(Sed ut enim ad usus certos manus, pedes,  
oculi, cæteraque constructio membrorum  
sua quæque in officia constituta est? Ita con-  
uenit credere in sui munera functionem has  
esse partes comparatas: aut confitendum est  
in Deorum corporibus esse aliquid vacuum,  
quod sit frustra, & inaniter fabricatum. Quid  
dicatis ò sancti, atque impolluti Pontifices re-  
ligionum? Habent ergo Diij sexus, & genitaliū  
membrorum circumferunt sedes, quas ex  
oribus verecundis infame est. Iis a pellatio-  
nibus promere.) Ita irridet Ethnicos, qui cor-  
poream faciunt diuinitatem, singulas corpo-  
rum partes colligens, etiam viles, & obsec-  
ras, ut hanc corporis fabricam à diuina natu-  
ra alienam esse ostendat.

*Divisio secundum modum & varia argu-  
mentationum ab enumera-  
tionē partium  
genera.*

CAPUT XXIX.

*Hæc prima enumerationis partium di. Primus mo-  
dus secundum rem, alia secundum rei due.*

X 3. affir-

*Cicero l. 1.  
offic.*

Cicer. pro  
lege Mani-  
lia.

Minutius  
in Orauie.

Secundus  
modus.

Mos. I. 7.

Affirmatis omnibus partibus, affirmatur totum.  
Altera cum negatis omnibus partibus, negatur totum. Tertia cum sciuam etis ceteris partibus, una relinquitur; quae affirmatur, aut negatur. Exemplis illustriora sicut omnia. Contendit probare M. Tullius, Pompeium summum esse Imperatorem, id per omnes, & singulas optimi Imperatoris virtutes, filium orationis longius extensens, sic confirmat. (Ego enim sic existimo in summo Imperatore, quaevis has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem. Pergit, & omnia enire in suo Pompeio fuisus ostendit.) Quis igitur hochomine scientior unquam esse debuit? qui cludo, atque pueritiae disciplina, bello maximo, atque acerrimis horribus, ad patrii exercitum, atque in militia disciplinam profectus est: &c. Deinde de eius iustitia. (Cuius legiones sic in Asiam peruenierunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato vocuisse dicatur? Et de temperantia. Non aquatia ab instituto cursu ad praedam aliquam reuocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas viribus ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Et, de auctoritate. (Quod igitur nomina in qua in orbe terrarum clarissima sunt: &c. Postremo de felicitate: Ut eius semper voluntatibus, non modo ciues assenserint, sed etijs obtemperiant, hostes obedient, sed etiam venti, tempestatesque obsecundantur.) Sic Minutius probat mundum aliquando interitum a partium collectione. Omnia que orta sunt occidere, que facta sunt interire: Cœlum quoque cum omnibus, que cœlo continentur, ita ut eis possit defunere, fontium dulci aqua, marisve nutriti, in vim ignis abiutum. Stoicis constans opinio est: quod consumpto humore mundus hic omnis igaeat. Et Epicureis de elementorum conflagratione, & mundi ruina eadem ipsa sententia est.

Negatis omnibus partibus, negatur totum. Sic cœlum non est igitur, aer, aqua, terra. Igitur non est elementum. Ad hunc locum collinear. Marialis epigramma.

Si quid opus fuerit, scilicet me non esse regandum,  
Bio nobis dicit, Baccara, terque die.  
Appellat rigida tristis me voce Secundus,  
Audi, sed ne sciu, Baccara, quid sit opus.  
Ranio te coram peperit, clareque, palam q,  
Audi, sed ne sciu, Baccara, quid sit opus.

Esse queror, gelida/que mihi, triasque facio-  
nas,  
Audi, sed ne sciu, Baccara, quid sit opus.  
Hoc opus est, subito sias vi fidere mutus,  
Dico ne possit, Baccara, quid sit opus.

Sic argumentatur. Neque pecuniam ad dil-  
solendum est alienum, neque pensionem, ne-  
que victum, neque vestes, neque cetera id ge-  
nus ranta sermonis affabilitate promissa lagi-  
ris, nihil igitur eorum, que ad vitam susten-  
tandam sunt, necessaria impendis.

Reiectis, & successis ceteris partibus affi- Torejue-  
matur yna, sic Maliet, aut amat aut odit, nihil modis,  
est tertium, non amat, igitur oderit necesse est. Publius  
Hic duo tantum membra sunt, & reiecto uno, Syrus.  
alterum assumitur. Alias plura ingeruntur, vt  
Philipp. 2. Quid purem, contemptumne me? Cicer. 2,  
non video, nec in vita, nec in gratia, nec in re. Philipp.  
bus gestis, nec in haec mediocritate ingenij,  
quid despicer posse Antonius. An in Senatu  
facillime de me deriali posse creditit: qui  
ordo clarissimis ciuibis benè gestæ reip. testi-  
monium multis, mihi vni conferuata dedit.  
An decertare mecum voluit contentione di-  
cendi? Hoc quidem beneficium est, quid enim  
plenus? quid rüberius, quam mihi, & pro me,  
& contra Antonium dice. His omnibus re-  
jectis ynam partem assumit, illud profectum est,  
non existimant sui similibus probari posse se  
esse hostem patre, nisi mihi esset inimicus.  
Item illa expeditio, que refertur 4. ad Herenni.  
Necesse est cumque per istum nostrum fun- Cic. 4. 4.  
dum fuisse, ostendat, quod vacuum possedit sic, Herenni,  
aut ynu tuum fecisse, aut fecisse, aut hæreditate  
tibi venisse. Vacuum cum ego ad essem, possi-  
dere non potest: Tuum ynu fecisse, etiam  
num non potes: Empio nulla profertur: hæ-  
reditate tibi me viuo mea pecunia venire, non  
potuit. Relinquitur ergo, ut me vi de meo  
fundo decereris.

Zodem arguento vtitur Osorius contra  
Iudeos. Quam rem gerunt? quod scilicet con-  
flantique maleficia suscipiunt, propter quæ à  
Deo, quem tam propitium olim habebant o-  
mnino deserunt? Simulachris immolant?  
Immo eorum contactum perhorrescant. Com-  
mentarios Deos asculunt? At eo nomine, quod  
Deum colant, effteruntur. Et id verum, sed  
moribus immanibus effterati sunt? At ipsi  
summam sibi laudis æquitaris, & pietatis af-  
sumunt. Quid ergo est? parumne supplices  
preces ad Deum adhibent? Immo in preciosus  
aldu

Assidui sunt. (Resumit:) Si igitur nec simula-  
chia colunt, nec vanos Deos invocant, nec hu-  
manum sanguinem fundunt, nec se impia frau-  
dis impuritate contaminant; eur illos Deus,  
quos in fidem suam recepit, tam diuturno  
tempore, ope sua deltituit? His igitur sueris,  
veram causam infert, Iudiciorum perfidiam.

## De vi &amp; veritate huius loci.

CAPUT XXX.

**V**Sas argumenti cautionem & memoriam  
requirit oratoris caudendum est enim, ne in  
partium collectione minus sit accuratus; quod  
faciet, si autres necessarias omittat; aut addat  
superflua, aut discrepantes confundat, aut  
eadem bis numeret, & cveluti a se dissoluat, at-  
que disiungat. Tum qui propositus est initio  
numeris, est illi expedite percurrentis, dan-  
daque opera ne longiuscula plerumque di-  
gredio sermonem & mentem a proposito ab-  
ripiat. Videas enim aliquot, qui cum tria aut  
quatuor proponerunt, vltimam non me-  
minerint, aut si meminint, tantum tempora-  
ris in uno capite pertexendo conterunt, ut  
eius quod resitac expedienti, spatium & facul-  
tas non suppetat. Satis est nihil omnino  
proponere, quam post iacta hæc propositio-  
num fundamenta, & rerum apparatus, audi-  
toris expectationem fallere, ne munerarijs  
antiquorum similes videamur, qui cum mon-  
tes aureos persæpe promitterent, nihil præter  
arenam dabant. Aduerendum est præterea, ut  
in affirmatione vel negatione procedat argu-  
mentum. A toto (quod aiunt) molis ducuntur  
argumenta ad singulas partes primaria, idque  
tantum affirmando; valer eisim hoc argumen-  
tum: Si domus est, & fundamentum est, & te-  
ctum, & parietes; non autem, & fenestra sunt,  
& afferes, & cæst id genus leviora. Si corpus est  
humanum, cerebrum habet, & cor, & iescur,  
non autem, & digitos x. & vngues, & pilos. A  
negatione vero roris molis ad singularium  
partium negationem non procedit argumen-  
tum. Ut domus non est; acc igitur fundamen-  
tum. Nam possunt esse domus fundamenta, si-  
ne ipsius perfectione. A toto tamen generis  
vrim suam obtinet hoc argumentandi genus:  
Id est, qui negat aliquid totum generis, negat &  
singulas partes, quas suo ambitu complectitur.  
Ut si neges calliditatem esse virtutem, accu-  
bare colliges, eam nec esse prudentiam, uiciu-

stitiam, nec fortitudinem, nec temperantiam.

## De Vfa &amp; Amplificatione huius loci.

CAPUT XXXI.

**V**Sus argumenti à partium enumeratione,  
amplissimus est; & per totum corpus elo-  
quentie longè latèque diffusus. Primum ad  
totius orationis economiam, mirum in mo-  
duo valer, & quasi Adrianæ filium dirigit in-  
stitutum sermonem, ne fluctuet in errorum  
(quod aiunt) labyntho; ex quo videoas totas  
plerumque orationes hoc uno niti fundamen-  
to, quod infuper alijs atque alijs conflatum  
argumentis in immensam excrebit amplitu-  
dimen. Nobilissima illa quæ ad Donatum de  
gratia Dei inscribitur D. Cypriani epistola,  
rotaverme est in hoc argumento: Hoc ipso  
sufficit Ciceronis oratio pro lege Manilia:  
Hoc saepissime usurpat Laclantij, Arnobij  
Minutij, aduersus nostræ fidei inimicos glo-  
riosi certamina.

Secundò promptissimum est ad lacescendos  
aduersarios telum, ad refellendos idem clype-  
us fortissimus. Nam & acutè colligit, & ratio-  
nes glomerat, & acriter iafistit; & seruidé in-  
stat. Si vero resistendum, quadrato velut agmi-  
ne insultantium vndeque telorum impetus  
eludit: quod in confirmatione demonstrabo,  
pleniū in oratione Palamedis, ex Gorgia Le-  
ontino.

Tertio, Amplificationis, quæ vna virtus  
maxima est, per petrum veluti quoddam re-  
pétetur esse seminarium. Nam si res grauitet  
narranda, si detribenda, si oculis plenisimè  
subjicienda, parum est uno conspectu propo-  
nere. At si incipias singulas partes diligire, re-  
discere, & nucleare, tuus vis, & amplitudo,  
quasi ingentis cuiusdam fluvij perpetuis vin-  
darum vorticibus explicati, se efficeret: quod  
illustrisius exemplis comprobare, nullo ne-  
gocio possum. Miraberis huius orationis Senec. l. p.  
maiestatem, & delicias: Vol. sub conspectu meo de benefi-  
cione, qua gentium oculos, regumque per- c. 9.  
stringunt, volo intueti pretia sanguinis anima-  
rūque vestrum. Prima mihi luxurit spolia Eximia lvs  
propone, hinc illa vis per ordinem expandere. xus descri-  
bitur, ut est melius; in vnum acervum date: pto per  
Video elaboratam scrupulosa distinctione te- partium  
studinem, & sedisimorum pigerrimbo- enumera-  
rumque animalium testas ingentibus pretijs tionem  
emptas.